

oves suas pastores animarum rectè dignoscere queant. 3. Exploratio profectus auditorum in doctrina fidei : excussio corporis ; confirmatio in proposito pietatis : exploratio dignitatis participare volentium sacrâ Eucharistiâ &c:

103. III. SATISFACTIONEM OPERIS definiunt Pontificij, quod sit operatio exterior, laboriosa seu pœnalis, voluntariè assumpta ad puniendum peccatum à se commissum, & ad placandam divinam offensam.

104. Vel ut habet Catechismus Romanus, Satisfactio est compensatio, cum homo pro peccatis commissis, DEO aliquid persolvit.

105. Eam faciendam esse autumant per opera pœnalia & indebita, Eleemosynas, jejunum, orationem.

106. Effecta etiam eius constituunt, redimere delicta, abluere sordes animæ, placare DEVM, eumq; reddere propitium, & extinguere peccata: ut ait Lindanus, lib. 4. Panopliæ, cap. 27.

107. Videtur βδέλυγμα hoc à Gentilium lustrationibus suâ traxisse originē, de quibus Poëta.

Omne nefas, omnemq; mali purgamine causam

Credebant nostri tollere posse senes.

Gracia